ingens columbinis corporibus equales. in
ora uultusque nostros inferebantur. habentes
dentes in morem hominum. quibus artus mili
tum uiolabant. Una preterea noui ge
neris bestia maior elephanto apparu
it. tribus armata in fronte cornibus. quam
indi appellare dentetyrannum soliti
sunt. equo simile caput gerens. atri
coloris. Hec potata aqua. intuens castra
in nos subito impetum dedit. nec ig
nium compositis tardatur ardoribus.
Ad quam sustinendam cum opposuissem ma
num macedonum. xxvi. occidit. l. v.
calcatos inutiles fecit. uixque ipsis de
fixa uenabulis est. Ante lucanum deinde
cum tempus esset. e celo pestes uenire can
dido uiso sunt colore. i modum
ranarum. cum quibus mures in
dici in castra pergebant. uulpibus
similes. quarum morsu uulnerata qua
drupedia. statim exspirabant. ho
minibus idem morsus. non usque ad interi
tum nocebant. Appropinquante autem
luce. nocticoraces uenere aues uul
turibus similes. sed corporum immanitate
superabant. colore fuluo. rostro pedi
busque nigris. et totam stagni comple
uere ripam. nullam nobis perniciem
inferentes. sed solito pisces cum unguibus
extrahebant. insumebantque. Quas nos
aues neque fugare neque abigere ausi
eramus de conspectu nostro. Tum ego
locorum demonstratores qui nos semper
in insidias deducebant. pessime me
ritos crurifragio puniri iussi. ut

noctu iam spirantes que a serpentibus consumi
possent. ut nos consumere uoluerunt.
Manus quoque eorum confringi imperaui. ut me
rito pro factis suis uterentur supplicio. habi
ta deinde contione. ut fortes milites essent. ne
ue aduersis ut femine casibus cederent. castra
concentu tibicinum bucinarumque repente ad
nostri uenti spirantia tendi. ubi collec
tis barbaris. indorum regem noua conspiran
tem bella cognoueram. Militibus meis in
gentes animi erant. quippe quibus et census
uictoriarum suppetebat et felicitas. Relic
tis igitur periculosissimis locis. munitum tan
dem calcauimus iter. et in loca bactrianorum
auro diuitiisque opulenta peruenimus.
benignisque excepti commeatibus. cum persarum
adiacerent agro. in reparando bello
castra. xx. dies statui. Ocio facto. mox
dierum septem itinere perueni. ubi
collecto porus exercitu consederat. magis
ipsa deditioni quam bello. Nam et commea
tus nobis paratum non ut hostis dedit potesta
tem. cupidusque me nosse. milites meos
subinde commeantes interrogabat. ubi
ego essem. uel quid ego agerem. Qui cum
incerta responderent. ipse auditus ei
interrogationibus. omnia enim inachi regi
magno macedonum referebant. sumpto
habitu militari. depositoque meo cultu.
perueneram in castra. uinum et carnium quoddam
empturus. Casuque porus sciscitans me
interrogabat quid faceret alexander. aut
cuius esset etatis. Quem ludens mendatio tem
poris. tamquam homo senior inquam. dux
noster in tabernaculo accenso igni se calefi

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs483-13/0003
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg